28

# INCIPIT LIBER SECUNDUS

SECUNDUM FRATER EUSEBI IN HIEREMIAM LIBRUM
celeri sermone dictamus. avertentes parumper aures. ne audi
amus iudicium sanguinis. & interfectorum animas deploremus.
qui opinione virtutum cotidie corruunt in superbiam. & d[omi]no se similes
arbitrantur; ut aequalitatem quam impia arrianorum heresis
in filio negat. cunctis hominibus tribuant. & ponant in caelum os suu[m].
& nihil futurae sanctorum beatitudinam plius derelinquant;
Quorum furori respondimus ut potuimus & si d[omi]n[u]s vitam dederit
plenius responsuri sumus; nunc coepta carpenda est via. & dicandi
commentarioli. nec nimia longitudine extendentes opus. nec inmode
rata brevitate auferentes intellegentiam. quorum alterum onerat sen
sus legentium. alterum praecidit studiosorum desiderium. Adnunti
ate hoc domui iacob. & auditum facite in iuda dicentes. Audi popule stulte
qui non hab&[e]s cor. qui habentes oculos non videtis. & aures & non au
ditis. multis modis peccantes retrahit ad salutem. & stultum vocat
populum … quasi qui sapientiae reliquit auctorem; conparat[ur]q[ue] eos
simulacris. de quibus scriptum est; oculos habent & non vident.
aures habent & non audiunt; similes illis fiant qui faciunt ea. & om[ne]s
qui confidunt in eis; Proprie aut[em] ad iudam loquitur. & ad domum
iacob. i[d est] isr[ae]l … enim multo iam tempore in assyriis exulabat. simul
q[ue] dat intel … legentiam quod & iam absque praecepto naturali sen

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0063